



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXI. Romana donationis derlodanis. De eadem materia alimentorum, quæ in concursu creditorum gravati fideicommisso, isto vivente prætendantur per filios in spe vocatos ad fideicommissum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ramento, per quod utriusque, proprietarii scilicet, ac usufructuarii indemnitati consultum sit, ut in sua materia usufructus sub tit. de servit. cum similibus; Cumque de facto ex tot Rotæ aliorumque Tribunalium decisionibus videamus id hucusque practicum non esse, ita edocemur, vel verius esse dictæ legis rigorosam dispositionem non esse receptam, vel, & verius, non de facili ad praxim reduci illam dissipationis speciem, quæ ad hunc effectum necessaria est, quoniam ubi non agitur de fideicommissio in gratiam fideicommissarii principaliter ordinato, sed primo in gratiam gravati non de facili in dissipatione intrat ratio doli, ac malitiæ, sed potius intraret ratio pro æqualitatis, & amentie unde dari non debet fideicommissum ita pœnale, quod exigat delictum, ut pluries in præcedentibus, ideoque solum sit locus interdictioni administrationis; Quæ tamen ita obiter insinuatam absque maturo iudicio, ac formali disputatione, ut potè extra causæ necessitatem, dum ex aliis cessabat disputatio ut supra.

Demum quoad tertium punctum alimentorum, tres erant personæ pro quibus illa prebebantur cum potioritate adversus creditores. Primo scilicet Iosephus Antonius debitor, & fideicommissi possessor. Secundo dictus Jo. Mattheus vocatus. Et tertio prædictorum mater, & avia respectivè; Neutri tamen dicebam deberi; Non quidem ipsi Antonio considerato solum tanquam debitori, ac possessori fideicommissi præcindendo ab eo privilegio, quod sibi daret qualitas militiæ Sancti Stephani quam obtinebat, cum nullibi in iure cautum sit creditorem teneri debitori præstare alimenta, nisi ea quæ Romanæ præsertim Curie praxis induxit ad favorem carcerati iuxta deducta ter Rotam decis. 269. par. 4. rec. tom. 2. & per Scammarol. in eius praxi visitationis carceratorum.

Et quamvis scribentes in contrarium insisterent in iis quæ desuper habentur apud Salgad. in Labyrinth. par. 1. cap. 24. Attamen istud erat æquivocum clarum quoniam id procedit in Hispania, & in illis majoribus ex lege vel stylo particulari, idque non indifferenter ac favore omnium, sed pro constitutis in Dignitate, ut sunt Duces, Marchiones & Comites, in quibus intrat ratio text. in l. Miles, & cap. Odoardus. pro favore publico.

Quovèrò ad matrem, & mulièr minùs cum hæc omnino extranea esset testatori, Et quamvis apud eundem Salgad. d. cap. 24. habeatur quod etiam parentibus, ac fratribus ex maioratum fructibus alimenta danda sunt, adhuc tamen in proposito æquivocum solemne, id enim percutit obligationem possessoris ipsius maioratus, ut tanquam dives ac idoneus ex maioratus fructibus, qui considerantur tanquam bona libera, & propria, teneatur explere illam alendi obligationem, quæ de iure sibi incumbit, secus ubi nil habet, quia totum absorbeatur ab ære alieno.

Et quoad ipsum Ioannem Mattheum, quando ageretur de fideicommissio ascendente, intrare possent ea quæ habentur disc. seq. iuxta terminos Aulib. res quæ Cod. commun. de legat. sed cum ageretur de fideicommissio transversalis, alienandi obligatio non intrat, ut advertitur supra in Romana fideicommissi (scilicet Salviani de Passiois disc. 163. Ex sola verò spe, seu vocatione ad fideicommissum (scilicet ratione sanguinis) hoc alimentorum jus non resultat, ut disc. seq. adhuc tamen causa pender in Rota sine disputatione.

Carlin. Luca de Fideicom.

ROMANA DONATIONIS. DE IORDANIS

PRO

CREDITORIBUS GASPARIS
JORDANI

CUM

EJUS FILIIS

Casus variè decisis per Rotam.

De eadem materia alimentorum, quæ in concursu creditorum gravati fideicommissio, isto vivente prætendantur per filios in spe vocatos ad fideicommissum.

SYMMARIUM.

- 1 F. Alti series.
- 2 Resolutiones causæ.
- 3 De alio puncto principali, an filii essent vocati.
- 4 Quod filii vocati ad fideicommissum pro alimentis sint potiores creditoribus gravati.
- 5 Declaratur ubi agitur de bonis fructiferis.
- 6 Idem in alimentis & sumptibus suis.
- 7 Quod jus alimentorum habeant filii in bonis donatis contemplatione matrimonii.
- 8 Examinatur conclusio de qua numer. 4. & distinguitur ubi agitur de fideicommissio ascendente, & de illo transversalis, & de ratione differentia.

DISC. CLXXI.

GUIDO Jordanus intuitu matrimonii per Gasparem filium contrahendi cum Anna, donationem ei fecit scilicet 22. m. pro quibus promisit assignare tot merces ejus tabernæ, seu fundachi, prout ad aliquos annos dictum fundacum filio cessit valoris scilicet 26. m. ex quibus bonificatis dictis 22. m. reliquum in diversam conventionem cessit. Cum autem Patre defuncto, Gaspar foro cessisset, eoque fugam arripiente, in ejus bonis formatus esset concursus creditorum, atque ad istos repellendos filii ex dicto matrimonio adhuc constante superstitites, prætenderent se vocatos esse ad dictam donationem totum assem absorbentem, introducta causa coram A. C. iste nè merces fundacaria aliæque bona mobilia perirent, mandavit ea vendi, ac pretium investiri in loca montium, quorum partem licet pendente, assignavit quibusdam creditoribus cum obligatione restituendi anterioribus & posterioribus, & ad omne mandatum, etiam cum fructibus medii temporis; Cumque post sententiam in dicto Tribunali emanatam ad favorem dictorum filiorum super eorum vocatione, introducta causa in Rota coram Melio sub die 14. Maii 1637. ad favorem eorum deam prodississet resolutio, quæ habetur impressa d. 229. p. 12.

L. I.

rec.

UCA
entis

rec. hinc dicta decisione edita eorum bonum jus probante, iidem assumpserunt alterius dubii disputationem contra creditores, an ex dictis effectibus debitoris eis deberentur alimenta, atque sub die 18. Junii eiusdem anni coram eodem Melio prodit etiam affirmativa resolutio confirmata sub diebus 15. Junii 1663. coram Priolo, & 22. Martii 1666. coram Bourlemont in locum Melii respectivè subrogatis, sed reposita causa sub die 9. Junii eiusdem anni 1666. coram eodem Bourlemont, recessum fuit à decisio, atque in hoc statu causa quoad hunc punctum reperitur; Quoverò ad punctum principale, an in dicta donatione filii essent vocati, ut filii impliciti fideicommissi, vel potius, acquisita donatione soli sponso, ipsi tantum haberent interesse, quod vocatur secundarium, habetur in sua materia in hac eadem causa sub titulo de Donationibus, ubi habetur, probabilius videri etiam pro veritate, talem vocationem non adesse, quamvis in contrarium decisum sit, super quo pendet revisio, cujus occasione sperandus remanet recessus.

Fundamentum autem ultimæ resolutionis pro creditoribus fuit ex solo facto, ut infra, non recedendo à conclusione iuris in præcedentibus decisionibus firmata ipsorum filiorum favore, quod scilicet vocati ad fideicommissum in fructibus bonorum fideicommissariorum pro eorum salimentis, tanquam creditores fideicommittentis essent potiores creditoribus gravati, seu possessoris fideicommissi, juxta opinionem quam tenent plures, quos referunt, & sequuntur Peregrin. de fideicom. artic. 42. numer. 86. Fusar. quest. 536. num. 1. & sequ. Gratian. discept. 832. num. 32. cum sequent. rejecta contraria opinione quam tenent alii, quos refert & sequitur Salgad. in labyrinth. par. 1. cap. 24. numer. 128 & sequentibus.

Dicebam enim scribens pro creditoribus (atque Rota in dicta ultima propositione amplexa est motivum) quod quicquid sit de dicto juris articulo in genere, ubi etiam recipienda esset prima opinio in præcedentibus decisionibus firmata, Attamen id intelligitur in bonis fructiferis, & super eorum fructibus, ex quibus tantum hæc alimenta provisionalia prætendi possent, ex iis quæ in simili habemus de alimentis & sumptibus litis, ex deductis in utraque decisione hujus causa coram Bourlemont, cum aliis per adden ad Bur. art. de vis. 707. num. 11. Undè cum in hac facti specie istud præsuppositum, seu præsumptum fideicommissum non consisteret in bonis fructiferis, sed in puro credito quantitatis debendo filiis sub conditione quatenus patri, supervivant, hinc proinde nullum luberat fundamentum, in quo ista præsentio posset figere pedes, dum in bonis fideicommittentis aliud non aderat, nisi nomen debitoris infructiferum, adhuc incertum utpotè debitum sub certa conditione eventuali, quæ caducari poterat per filiorum præmorientiam, ideoque reflectendo etiam ad solam veritatem, ista posterior resolutio omnino probabilior videbatur, retentis tamen terminis dictæ quæstionis, cum quibus processum fuit.

Difficultas verò mea erat, stante, quod tunc matrimonium adhuc durabat, quod tam uxori quàm dictis filiis, seclusa etiam eorum vocatione, seu interesse primario, compereret potioritas adversus creditores viri, seu sponsi donatarii pro alimentis, & oneribus matrimonii, cujus intuitu donatio facta est, tanquam pars ipsius contractus matrimonialis, juxta ea, quæ dato etiam solo jure secundario firmant Bombin. conf. 59. num. 16.

Rovi. conf. 88. lib. 2. Gratian. discept. 944. cum seqq. & habetur actum in eadem causa sub titulo de donationibus, ac propterea adhibendum quæ habemus in materia allocationis bonorum consistentis in quantitate, perit pollet peritas hæc investiretur in effectus fructiferos, vel fructibus posset ita consultum esse; Verum in puncto in his disputationibus actum non fuit, quoniam ille per scribentes pro dictis filiis non fuit, atque paulò post cessavit hujus effectus occasio, ob dicti matrimonii dissolutionem mortem mulieris.

Quatenus verò pertinet ad dictam conditionem, seu articulum iuris in genere, an scilicet existentia bonorum fructiferorum fideicommissi intraret potioritas pro alimentis eorum, quæ habent in spe, quia nempe ad fideicommissum vocati sunt; Considerabam clarum æquum, quod dictam quæstionem ita examinarem in genere, ut decisionem desumerem ex Doctorum numeris, quænam opinio esset magis communis, attendendo rationes, ac fundamenta, & sic, ut istum modernum vitium est, permanens in specie, ac foliis, nullatenus autem referendo ad radicem, seu radicem; Decisio siquidem pro meo casu pendere videtur à qualitate hujusmodi bonorum qui alimenta petant, ut infirmarum dependenti. Si enim essent transversales, multoque magis penitus extranei, adeò ut aliud jus vel actus ad alimenta non haberent, nisi vocationis, seu successione. Et tunc sine dubio verior esset opinio negativa, quam refert & sequitur Salgad. ubi supra; solio illima, n. remanet ratio eorum deducta, quod interim gravatus, & fideicommissi possessor est verus, ac perfectus dominus, quæ bonorum fructus, utpotè restitutionis objecti, ad ipsum pertinent pleno jure, tanquam bona libera, proindeque affecta sunt creatis, & conversò autem vocati ad fideicommissum tantum habent de præsentibus, cum vocatio seu actus aliud non tribuat, nisi solam spem eventuale, incertam, quæ potest non contingere futuræ successione, quatenus condicio partibus, quæ verum etiam tales vocati, ac ipsorum filii, vel descendentes ipsius gravati, quos potest esse transversalis, vel extraneus, in cuius bonis non haberent ius sanguinis bonorum partium, dum qualitas filiationis, vel descendente percipit ius alimentorum in bonis ipsius gravatis, vel ascendente, quæ nulla extant utpotè partibus absorpta; Quodque transversalis actus in bonis fideicommissi ius alimentorum, modo, quo non datur ius dotis resultans ex vocatione Auth. res qua C. comm. de leg. ius, habetur in discept. 103.

Ubi verò vocati essent de descendente, vel filii, ac potissimè per eandem directam lineam gravati, & tunc verior, ac recipienda videtur alia opinio, quam referunt, & sequuntur Peregrin. & Gratian. ac alii de quibus supra, atque sequuntur in prioribus hujus causæ decisionibus, ad rationem vocationis, & ob solam spem successione, ut aliqui male putant, sed ratione sanguinis, ac censuræ qualitatis, ob quam ascendente, vel affecta sunt pro descendente alimentis, & oneribus debitum dicitur testatoris, & consequenter intrat absolutum principium, quod creditores defuncti, quantumvis chirographarii, respectu la personali actione vineunt creditores

quantumvis anteriores, hypothecarios, & privilegiatos, juxta ea, quæ in proximis, ac omnino similibus terminis dotium ex beneficio *Auth. res que constituendarum* puellis descendentes ex bonis fideicommissi, plenè habentur *sub tit. de feudis ad materiam Bullæ Baronum disc. 78. & 79. ubi, & in aliis ad eandem materiam receptum* habetur quod prædictæ *Auth.* dispositio, vel ratio fortius conveniat alimentis masculorum; In hoc enim differt alendi obligatio, quæ de iure incumbit ascendentes, ab illa quæ incumbit transversalibus, quod illa utpote è debita ratione sanguinis, non terminatur cum vita, sed unà cum bonis, quæ pro eis affecta sunt est transitoria ad hæredes, & successores, ista verò, utpote sola ratione charitatis dicitur mere personalis, ac terminatur cum vita, & non est transitoria, ut habetur *d. disc. 78. & 79. de feudis.*

- 7 Tutor vel alius administrator reportare non potest voluntarias cessiones contra pupillum, vel alterum cuius bona administrat.
- 8 Ex pretii quantitate deducitur quid in contractum deductum sit, & qualis fuerit partium intentio.
- 9 Transactio nihil dat de novo, neque ille qui obtinet bona obtinere dicitur ab altero transigente sed jure suo primo.
- 10 De dispositione rex. in l. per diversas & l. ab Anastasio Cod. mandati, & de earum limitatione ad favorem rei possessoris quando procedat, & quando verè quis dicatur possessor & reus.
- 11 Vocato ultimogenito alicujus, an veniat primogenitus qui per mortem aliorum sit primus & ultimus.
- 12 Doctrinis specialibus non habentibus contradicentem est deferendum.
- 13 Referuntur casus aliquarum decisionum facientium ad rem super dicto puncto de quo num. 11.

DISC. CLXXII.

FLorianus de Caccialupis, instituto Ludovico filio adoptivo, fideicommissum perpetuum ordinavit in ejus descendencia, quæ defecta vocavit filium ultimogenitum Aldobrandini de Malvetiis, in quo familiam artificialiter renovaturo, fideicommissum pariter in universa descendencia ordinavit; Defuncto autem Carolo Antonio filio, & ultimo de linea masculina dicti Ludovici, scripto hærede Joanne ex sorore nepote pariter cum onere assumendi ejus familiam, & cum fideicommissum in universa ejus descendencia, contra istum litem excitantur filii superstitēs ex primogenito dicti Aldobrandini, cujus alii filii prædecefferant sine prole, & introducta causa in Rota, cum ea restringeretur ad punctum, an dicta substitutio concepta de ultimogenito ejus, qui tunc plures habebat filios conveniret primogenito, qui ob aliorum mortem solus filios suscepit, ob articuli novitatem ac difficultatem nulla capta fuit resolutio, benè pro reo contra actores, ut dicta vocatio eis non conveniret scribente *Marta conf. 193.* Hinc eventum est ad concordiam per quam reus, soluta actoribus quadam summa, omnium iurium cessionem reportavit; Cum autem dictus Joannes ex pluribus, contraventionibus caducitatem à testatore demandatam incurrisset, eiusque vigore Carolus Antonius filius fideicommissum agnovisset, per mortem etiam patris postea subsequutam alio jure restitutorio confirmatum, isque iudicium instituisset pro vindicandis bonis fideicommissariis contra tertios possessores in quos dictus Joannes hæres gravatus distraxerat, isti verò deducentes omnia jura eorum auctori competentia, opponerent, de iuribus dictorum de Malvetiis, ex quibus prætendebant bona controversa per dictum Carolum Antonium fideicommissum ultimo gravatum utpote ad liberam eius dispositionem non existentia, fideicommissum per eum ordinato supponi non potuisse; Hinc proinde ex parte actoris de duobus consultus fuit. Primum scilicet an hæredibus, vel creditoribus dicti Joannis hæres gravati competere jura per Malvetios in vim dictæ transactionis cessa, quod pendebat à puncto, an dictus Joannes transegerit, ac iurium cessionem reportaverit nomine proprio, vel potius nomine hæreditario; Et secundo super substituentia iurium competentium præfatis de Malvetiis cedentibus.

Respondi, extraneum vel superfluum videri assumere altiore inspectionem huius ultimi puncti, à quo

L12

ciuf-

BONONIEN. DE CACCIALUPIS

PRO

CAROLO ANTONIO DE CACCIALUPIS

CUM

TERTIIS POSSESSORIBUS
BONORUM.*Responsum pro veritate.*

An transactio inita per hæredem gravatum cum prætendentibus habere jus super bonis fideicommissariis, censeatur facta nomine proprio, & ad propriam utilitatem, unde uti valeat iuribus cassis, vel dimissis contra fideicommissarium, Vel potius censeatur inita hæreditario nomine. Et incidenter, an vocato ultimo genito ejus qui plures habebat filios, veniat primogenitus qui aliis defunctis remansit unicus.

SUMMARIUM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 Transactio presumitur facta per heredem nomine hereditario.
- 3 Ex quibus dignoscatur an cessione sit translativa vel extintiva.
- 4 Vbi inter heredem nomine proprio, & transigentem nulla adest lis que adest cum hereditate, tunc transactio censeatur facta nomine hereditario.
- 5 Actus presumitur gestus eo modo quo licitè fieri poterat, & propterea voluntas regulatur à potestate.
- 6 Hæres beneficiatus dicitur administrator hereditatis. *Cardin. Luca de Fideicom.*